



Nr. 112.

כבוד שם יי' כאחרית הימים
Sive
GLORIA NOMINIS
JEHOVÆ SUB NOVO
TESTAMENTO

Quam
DISSERTATIONE EXEGETICA

In Locum Mal. I, II,

PRAESIDE
VIRO Plurimum REVERENDO CLARISSIMO
DOCTISSIMO

DN. JOHAN. HENRICO
HOTTINGERO.

S.S. THEOL. & ANTIQUITAT. JUDAICA-
RUM PROFESSORE ORDINARIO, CELEBER-
RIMO, PATRONO, FAUTORE & Studiorum
PROMOTORE æternum devenerando

colendo,

publico & placido

NOBILISSIMORUM DNN. COMMILITONUM

Examini sifit

In Auditorio THEOLOGICO

Ad Diem 22. Aug. M DCC XI.

AUCTOR.

JACOBUS Wetter / Sangallo Helvettus:

Marb. Catt. Typis JOHANNIS KURSNERI, Acad.Typ.

**INCLYTÆ REIPUBLICÆ SANGALLENSIS IN HELVETIA
SENATUI MAGNIFICO FLORENTISSIMO, PIO, FELICI.**

Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimisque VIRIS

Dn. GEORGIO WARTMANNO
Dn. LAURENTIO WERDERO } Coss. Gravissimis.
Dn. HENRICO HILLERO }

Ceterisque SENATORIBUS & Tribunis, Patriæ PATRIBUS,
DOMINIS suis gratiosis,

Nec non

Venerandis admodum, Clarissimis arque Doctissimis VIRIS

Dn. JOSEPHO SCHAFFHAUSERO, Antistiti Venerabili,
Dn. MICHAELI SCHLATTERO, Camerario Gravissimo. Gymna-
sii INSPECTORI atque Collegii Theologici & Musici PRÆSIDI lauda-
tissimo.

Dn. JOH. JACOBO SCHERERO, Bibliothecario & Collegii Theo-
logici PRÆSIDI Celeberrimo, Avunculo suo jugiter venerando.

Dn. CHRISTOPHORO STEHELIO, Gymnasii Inspect fidelissimo,
Dn. HERMANNO SCHLUMPFIO, Eleemosynario Vigilantissimo,

Ecclesiæ Sangallensis Quinqueviris Dignissimis,

Dn. JOH. JOACHIMO HALTMEIERO, Diacono fido, pio, Agnato
nunquam non colendo

Dn. CHRISTOPH. SCHERERO, Consobrino & Praeceptor olim suœ
æternum amando, honorando,

Ceterisque ejusdem Ecclesiæ & Scholæ Ministris fidelissimis

Ut &

Integerrimo VIRO

Dn. JACOBO Wetter, Senatus Majoris Membro dignissimo, Pare-
ti optimo, Filiali obsequio, cultu & honore ad Aras usque
proseguendo

*Hanc studiorum suorum Primulas ea quid par
submissione*

D, D, D.

A U C T O R.

JOHANNIS KIRZNERI Actab.



בשׁ

DISSERTATIO TEXTUALIS

in Locum Malach. I, 11.

כִּי מִפְרָח שְׁמֶשׁ וְדֹר מִכְאָוֶן גָּדוֹל שְׁמֵי בְּנֵוֹת וְכָל מִקְרָב
מִקְרָב כִּגְשׁ לְשָׁמֶן וּמִנְהָה טוֹרָה כִּי גָדוֹל שְׁמֵי בְּנֵי אָמֵר וְהַזָּה
צְבָאוֹת

*Nam abortu solis usque ad occasum ejus magnum erit
Nomen meum in gentibus, & in omni loco suffimentum affe-
retur nomini meo, & munus purum, quia magnum erit no-
men meum in gentibus, ait Jehovah Exercituum.*

P R A E F A M E N .



Rado hic tibi, Benevolē Lector, expli-
cationem qualem cunque illustrishi-
jus apud Malachiam loci: Diu, à quo
mihi proposueram, laudabiliorum
more, dissertatiuncula aliqua, stu-
diorum meorum reddere rationem,
dubius hæsitaveram, quale feligen-
dum sit thema, ultimo tandem id
quod vides, conveniens videbatur.

Quid enim hominem? quid Theologiae Studiosum magis

A

decet

decet, quam semper de gloria Dei, unico operum & studiorum nostrorum scopo, differere? Quis ergo sinistrè interpretabitur, si & ego, absoluto illo, quod apud exterorū studiorū causa transigere destinatum erat, curriculo, ad gratias Clementissimo Numini pro benigna assistentia agettum, & ulterius auxilium implorandum, de gloria Dei sub N. T. sermonem institui. In pertractione hujus loci genuinum ejus sensum, quantum ob tenuitatem licebat, tibi sistere operam dedi; Theologicis Philologica, quod forsitan non ad omnium erit palatum, intermisca, ut & illorum extaret specimen; Ceterum si non omnia ita composita sunt, ut naturalem te edoccent sensum, facile B. L. ut spero, mihi, Homini infirmitatis suæ optimè conscio, veniam dabis, memor sapientis, prudentissimi Judæorum Magistri Abaranelis, quod apud Buxtorfium in florileg. Heb. p. 38. extat, dicti
 לְאֵת יְחִיּוֹב הַמֹּרֶה כְּחִזְקָה שִׁיבְעָה
 בָּמֶצְעָה הַמֹּרֶה בְּרוּךְ כָּל בְּנֵי אַשְׁפָטָן רִי לוֹ כִּשְׁוִתְקָרְבָּן הַמֹּרֶה
Non necesse est, ut sagittarius, omnes suas sagittas jaculetur exactè in medium scopi propositi: sed sufficit ei, si ut cungad ad scopum appropinquet. Te vero, gratiosissime Deus, supplex veneror, benedic conatibus meis, fac ut omnes ad sacro sancti Nominis tui gloriam evadant, Amen.

§. I.

Antequam autem ad ipsam hujus loci enodationem progrediar, operis pretium esse judicavi, quo tempore hoc vaticinium prolatum sit, paucis inquirere, ut ipsa Prophetæ ratio clarius pateret. Tempus nunc, in quod hocce vaticinium incidit, licet nonclare, quemadmodum apud alios Prophetas factum cognimus, ab initio indicetur, cognoscetur tamen, si circumstan-

tias

tias quasdam attente inspicerimus, puta scriptum videtur hoc vaticinum, populo Israelitico ex dura illa Babylonica servitute in propriam terram maximam partem reducto, atque templo secundo jam exstructo, hinc est, quod Malachias populum ad ædificium templi absolwendum non impellat, uti antecedentes Prophetæ Haggai & Zacharias fecere, hinc etiam mentio fit sacerdotum & sacrificiorum, quod argumento est, templum jam reædificatum fuisse, nulla enim sacrificia extra templum offerebantur, non tamen creditur, longum temporis spatium defluxisse à reædificato templo ad vaticinum Malachiae, sed prophetasse credibile est vive ntibus adhuc Principibus, quales erant Nehemias & Zorobabel, mentio enim fit, cap. I, 8. **¶¶¶ Duxum**, itaque post reliquos Prophetas vaticinari incepit, quibus accedit constans Judæorum traditio, quæ Malachiam Prophetarum ultimum fuisse afferit, quo etiam facit Theologorum observatio, secundum quam Malachias suam Prophetiam cum præconio Johannis Baptista, Præcursoris, Salvatoris nostri, connectendo, sigillum quasi omnibus V.T. Canonis scriptis imposuit, pariter ac Johannes Apocalypsin suam cum Adventu Christi secundo connectens, Libris N.T. fecit.

I. II. Hæc nunc tempora, testes licet benignissimi Dei **¶¶¶ שְׁמָרִיאָס**, qua se **אֱמַנְתָּה** expertem testimonii esse non passus est, sed Israelitis varia bona contribuit, educendo eos è terra captivitatis, è domo servitutis, quietem ad absolwendum templum gratiosissimè condonando, extiterint, miserrima tamen & nunquam satis deploranda erant, ratione habita ad depravatum cultum Dei, Hypocrisi plenum, Deum à quo multa, & illa insignia acceperunt bona, una cum sanctis suis præceptis vilipendebant, templum, locum illum sanctum, conspurcabant miseri homines, sacrificantes **¶¶¶ מְנֻאָה** panem sordidum imo id quod **¶¶¶ תְּמֵאָה**, quod **¶¶¶ כָּלָדָם**, quod **¶¶¶ אֲגֹרָה** agrotum erat, quare etiam sanctissimus, & gloria sua studiosissimus Deus, qui impunem non dimittit illum, cui nomen suum despiciuit, illos & eorum sacrificia rejecit, quando v. 10. ita loquitur: *Non est mihi delectatio in vobis; ait Jehovah exercituum, & munus acceptum non habeo à manu vestra.*

§. III. Ne autem nunc, quod ex illustri Grotio cum aliis obser-
vo, superstitionis Judæi, qui Deum ejusque cultum, templo Hiero-
solymitano adstrictum putabant, ne dico nunc illi objicant, si
nostræ non placent oblationes, nullas habebis, si enim rejicis, quæ
ipse præcepisti sacrificia, quæ insancta tua domo offeruntur, à quo
& ubi locorum munus gratum expectas, cum reliquæ gentes o-
mnes sint impuræ, præputiatæ, ostendit Deus, se longe alia cogi-
tare, se nimis allèctum Japhetum in tentoria Semi, imo se
effectum, ut à gentibus colatur, ut illæ Nomiini suo, quod ma-
gnum inter illas, suffimentum & munus purum offerant, de quo in
præsentiloco.

§. IV. Agit itaque hic locus de vocatione Gentium certò futu-
ra, qua pomerii Ecclesiæ per universum orbem dilatatis, cultu
spirituali, quem Gentes Deo subiectæ, submisso corde passim
præstituræ sunt, nomen divinum magnificandum est. Ut vero
illum mihi aliisque clariorem redderem, hunc tenere ordinem
constitui, primo quidem sensum literalem expendere; postea my-
sticum indicare; Tandem implementum ostendere. In sen-
su literali observanda veniunt. ¶ qua de re sermo fiat: *Nam no-
men meum magnum erit.* ¶ Quinam illi sint, penes quos Nomen
Dei magnum futurum sit: *Inter Gentes.* ¶ in quo consistat hæc
excellentia: *Et suffimentum afferetur Nomiini meo & munus pu-
rum.* ¶ Quousque se hæc Nominis divini excellentia extendat:
Ab ortu solis usque ad eius occasum, in omnino loco: ¶ Quare hoc sie-
ri debeat: *Quia magnum nomen meum inter Gentes;* totius as-
serti fundamentum & certitudo: *dicit Iehova Exercituum.*

§. V. In primo hujus illustris loci membro duo consideranda
sunt, primam est, quid per *Nomen Dei* intelligendum: Quid
nomen in genere sit, facile unicuique patet; puta signum, quo res
cognoscitur, aut persona à persona, individuum ab individuo dis-
cernitur, hinc quando Adamus unam animalium speciem dicto a-
liquo ab altera distinxerat, dicitur: *Et vocavit Adam שְׁנִי
nominibus pecudem quamlibet Gen. II, 20.* De Deo, cuius natura
nullo vocabulo plenè exprimi potest, quique similem non habet,
à quo discerni debet, propriè adhiberi nequit, attribuitur tamen
ei quam sèpissimè ob imbecillitatem captus nostri, & notat in
genere

genere ipsum Deum (quare etiam simplicitur aliquando אלה
vocatur Lev. XXIV, 11, 16. & maledixit אלה Nomini i.e. Deo
Deut. XXVIII, 58. quod quoque Rabbini frequens est.) cum o-
mnibus suis virtutibus, perfectionibus & attributis, tum natura
cognitis, tum verbo revelatis, uti in precepto tertio Exod. xx, 7.
*Ne in vanum sumas אלה יהוה אלה Nomen Domini Dei
tui.* h.e. Noli temere de Deo ejusque attributis & perfectionibus
sermonem instituere, ne dum profane loqui, Deut. V, 11. Psalm.
CXLV, 21. & alibi. In specie tamen aliquando attributa divina,
uti v.g. sunt Justitia Ps. VII, 18. *Confitebor Jehovah secundum justitiam ejus psalam אלה Nomini Jehovah excelsi.* Nomen hic
idem quod Justitia indicare nexus ostendit: Gloria Ps. LXXII, 19.
Benedictum sit Nomen Glorie ejus in seculum: Potentia Ps. XX, 8.
*Hic currunt illi equorum, nos vero nominis Dei nostri recordam-
mur.* i.e. licet illi confidant rebus terrestribus, nos solummodo fi-
duciam nostram ponimus in potentiam Dei, in qua acquiescimus.
Non nunquam sub Nominis Dei indicatur voluntas & mandatum
Dei; ita de Prophetis dicitur, locutos fuisse אלה in No-
mine Dei, h.e. jubente, mandante ita Deo Deut. XVIII, 12. Jerem.
XIV, 14. ita pariter, quando homines voluntatem Dei transgre-
duntur, dicitur, illos violasse אלה Nomen Dei. Amos.
II, 7. Interdum denotat beneficia Dei, hinc phrasis apud Ioclem
II, 26. laudare Nomen Dei, idem denotat ac extollere beneficia
Dei: Haud raro tandem sub Nominis Dei cultus Dei intelligitur,
ita Deus Davidi promittit semen, quod Namini suo exstructurum sit
domum, i.e. locum publici cultus. 2. Sam. VII, 13. Esa. XVIII, 7.
plura autem circa hanc materiam systemata suppeditabunt. Hoc
in loco licet primari accipienda videatur haec phrasis de cultu di-
vino, in oppositione ad fucatum Judaeorum cultum, cuius gratia
Deus sacerdotes in antecedentibus & consequentibus increpabant,
non impedit tamen, quo minus etiam attributa & perfectiones Dei
subintelligamus.

§. VI. Alteram primi membra partem constituit id, quod Deus
de Nominis suo pronuntiat. *גָּדוֹלָה מְנוּמָה* magnum nomen meum puta-
eris. Ellipsis enim est verbi substantivi, quod subintelligendum
& complendum, uti in multis aliis ita etiam hoc in loco, vid. Cl.
oblong

Glas.

Glas. Philol. sac. pag. mihi 913. Cæterum verbum גָּדָל pro substrata materia varios patitur significatus, modò enim refertur ad quantitatem & notat magnum numerum, quare interpretes rectè peraugeri multiplicari interpretantur Job. II, 13. Et sedebant cum eo humi septem diebus & septem noctibus, neque erat qui alloquerebatur cum verbo כִּינְדָּרְכָּב מַדָּב שָׁלָה quod adoleverit Sela Gen. XXXVIII, 14. dein dicitur de qualitate, & denotat excellentiam, præstantiam rei aut personæ, ita David ad Saulem I. Sam. XXVI, 24. קָנְשָׁר גָּדָלָה וְפָטָן quemadmodum animata magna fuit in oculis meis i. e. Majestatem tuam magni habui, nec vita privavi: omnes haec tres significationes hoc quadrant, sc. promittit Deus magnum futurum esse Nomen suum ratione Numeri, indicavimus enim per nomen Dei intelligi cultum ejus, hic nunc cultus in se unicus licet sit, numero tamen magnus dicitur, respectu habito ad cultores, & ita promittit per vocem Deus, fore tempus, in quo ingens multitudo eorum, qui illū puro cultu prosecuturi sint, futura, in oppositione ad Judæos, qui limitibus terræ Canaan inclusi Deum colebant: dein magnum dicitur Nomen Dei ratione incrementi, quatenus omne id, quod de Deo homo scire & credere debet, plenius & perfectius, ex benigna revelatione Dei in Christo, cognoscendum & credendum promittitur, qua perfectione Patres V. T. non gaudebant: Tandem magnum audit ratione excellentia & Majestatis suæ, quatenus Deus promittit, se majora & illa efficaciora Majestatis suæ daturum signa, ostendendo se esse magnum illum Jehovam, à cuius nutu omnia dependent, quo jubente ex tenebris lux prodit, quando sc. Gentes in tenebris ambulantes videbore faciet lucem magnam Es. IX, 2. qui idcirco, quemadmodum in se excellens & honorabilis est, etiam ab alijs talis cognoscendus, honorandus, laudibus extollendus sit.

§. VII. Jam pergimus, quinam illi sint, penes quos Nomen Dei magnum futurum, investigatur: Deus dicit כְּנֹזֶב in Gentibus. Vox ηι in genere notat quamlibet hominum multititudinem, aliquando

[7]

quando speciatim adhibetur de Judæis Exod. XIX, 6. *Vos eritis mihi regnum sacerdotale & Gens sancta Gen. XII, 2. Ezech. II, 3. Amos VI, 1.* Communiter autem denotat populum, qui non habet Deum Regem, infidelem, & à Republica Israelis alienum, qui idcirco Deo abominationi est, ita occurrit Num. XXIII, 9. *En populus, qui solus habitat לך וּבגויֹת לְאַחֲרֵי גַּם* gentibus se non annumerabit. Quare etiam hoc in loco sub Nominis gentium intelligimus omnes alias Nationes, à Judæis & cultu ceremoniali distinctas, quod unicuique ad scopum Prophetie attendenti patet, sc. scopus est indicare, Deum qui haecenus à Judæis nonnisi colebatur, ad magnitudinem suam manifestandam, omnem nationum discrimen abrogaturum, ut notitia sui bearentur illi, qui haecenus sine Deo in mundo existebant, tales autem erant omnes Gentes, Judæos si exceperis. Judæi per Gentes intelligunt Idolatras, qui præter unicum summum Deum alios inferiores Deos habent, quibus inserviunt; ita Rab. Dav. Kimchi ad hunc locum sentit. **בָּנָיוֹת כִּי אָךְ עַלְפִּי שָׁעַבְדֵּי לְבָנָה שְׁמָוֹת** מתרים כי שמי הסבה הראשונה אלה שוכנוות אוטם לפידuros שיחיוampusכני ובונים ואמרו ר' דקרו ליה אלה ראלון Gentes sunt, quæ licet colant Exercitum celestem, confidunt ramen me esse causam primam, ei tamen inserviunt, quia putant illum esse medium me inter & illas; ad hec Rabbini nostri p. m. dicunt, Gentes Deum vocant Deum Deorum. Et Raschius אמרו רב' דקרו ליה אלה ראלון אף שיש לו ע' ייוד שוד אלה שווה על כלם Rabbini nostri per Gentes illas nationes intelligunt, quæ Deum vocant Deum Deorum, nam etiam Idolatri cognoscit, Deum verum esse Deum & super omnes alios.

I. VIII. Haec nunc Gentes, quia tempore Prophetarum nostrorum peregrinatae erant a testamento promissionis, uti Paulus Eph. II, 12, habent sicut penes quas Nomen Dei magnum futurum praeditum dicitur, non quemadmodum Jarchi perverse admodum exponit, Ju-daei inter Gentes dispersi. Verba Jarchi haec sunt: **וְזֶה פִי הַמִּקְרָא וְלֹמַד אֲתָּה מִתְּחִלּוֹ שֶׁ� וְהַלֵּא גַּרְזֵל הוּא בְּנָוֹם וְאַנְיָה אַהֲבָתוֹ תַּחֲבִיתְךָ עַלְיכָם שְׁכָלְלָה מִתְּחִלּוֹ לְפִנֵּים וְאַף כִּבְולָה מִקְרָרָה וּמִגְשָׁמָה הוּא לְשָׂמֵחַ שְׁכָלְלָה מִתְּחִלּוֹ לְפִנֵּים וְאַף כִּבְולָה מִקְרָרָה** *ut adeo sensus textus sit, quare vos profanatis Nomen meum, vel an non hoc magnum inter Gentes, & ego*

vos tenerrimo amore prosequor, nam in omni loco, quo vos preces
funderis coram me, in ipsa etiam captivitate, suffimentum & sa-
crificium hoc erit Nominis meo. Ex quo testimonio patet, Magi-
strum hunc haec verba ita explicare, vos profanatis Nomen meum,
ideo vos rejeci, non tamen penitus vos amare cesso, verum post-
quam à gentibus capti, ad meliores fruges reversuri estis, fusae ad
me præces tam acceptæ mihi erunt, ac si in templo sacrificium vel
suffimentum obtulissetis, sed quam torta haec sit explicatio quis non
videt, cum, ut nexus ostendit, per gentes intelligi debeant homi-
nes, qui Judæis opponuntur, expressæ enim verbi immediate ante-
cedente Judæi compellantur; *Non est mihi complacentia בְּנֵיכֶם
in vobis, & munus non est acceptum מִדְבָּר אֲמֹרָה*, ab
his nunc distinguuntur nationes, de quibus in nostro loco; sed
hic et vestra non grata sunt oblationes, licet vos profanetis nomen
meum, non tamen penitus Muneribus puris destitutus ero, neque
decrunt, qui supplices aris meis imponent honorem, *sed magnum
erit nomen meum inter Gentes.* Rechte igitur per Gentes intelligi-
mus illas nationes, que tum temporis, vel verum Deum non co-
gnoscebant, vel aliud aliquem præter eum colebant, penes has
Nomen Dei magnum futurum, Deus promittit cognitio-
nem, amorem & cultum sui, omniumque virtutum & perse-
ptionum.

¶. IX. Jam ordo nos dicit ad considerandum, qua in re consi-
stat haec excellentia Nominis Dei, de qua ita ipse Deus מִתְּרוּ
suffimentum afferetur *Nomini meo &* מִתְּרוּ
munus purum. Vocabulum מִתְּרוּ
est part. Hoph. à rad. מִתְּרַעַת que
in pihnotat, adolere, incendere, & adhibetur de quolibet vapore,
vel fumo sursum ascendentē Gen. XIX, 28. vidit, quum ecce aſcen-
deret קִטְרָה fumus illius Regionis בְּקִטְרָה sicut fumus farnacis, Ps.
CXLVIII, 8. hinc fit, quod, quia sacrificia vel tota, vel ex parte in-
cendi, & ita in fumum resolvi debebant, etiam de illis usurpetur,
utv. gr. de adipē Exod. XXIX, 13. Accipiens quoque adipem, qui
operis intestina, & reticulum, quod super jecur, ambosque re-
nes eius, & adipem, qui super illos הַקְרָבָה המובחנה super
illud altare, frequentissime tamen usurpatur de suffimento, sive
nunc sit ordinarium, quare ipse suffitus קְרָבָה quod idem ac
מִתְּרוּ

מִקְטָר audit; in præsentiloco generali notione intelligitur omne id, quod in cultu Mosaico igne consumebatur, sive nunc sit sacrificium holocausti, quod totum comburebatur. Lev. I. sive pro peccato aut reatu, quorum pars aliqua in usum sacerdotum cedebat. Lev. IV. & VI. 16. V. 1-8. VII. 6. Specialiter tamen putamus respectum esse ad suffimentum, ob hanc maxime rationem, quis rad. טב & inde derivata vocabula plerunque de suffimento adhibentur; dein quia sub מִקְטָר describitur cultus fidelium N. T. qui in precibus, quibus Deus laudatur, illique grates aguntur, totus consistit, quare, quia ad hoc allusionem esse judicamus, ritus circa suffimentum olim observati curiosius erunt investigandi; Suffitum & ejus rationem describit Moses Exod. XXX, 7. 9. (nam ad suffitum ordinarium in nostro loco alludi inde credimus, quia hic præ alio Idoneus adumbrare quotidianas fidelium preces) quibus verbis, cum non ita clarasint, aliquantulum insistemus, genuinum eorum sensum, quantum possibile, Lectori tradentes, observamus autem circa illum sequentia.

§. X. Primo quidem quis sit Persona adolens, Deus dicit: adolebit Aaron, sub cuius nomine intelligit sacerdotes, hi enim cuncta sacrificia offerre tenebantur, & procul dubio, primis adhuc temporibus, absque indignatione alterius unusquis, duabus vel pluribus vicibus, hoc munere fungebatur, sed posteriore ætate, nemini adolere licitum, nisi ei qui per totum vitæ decursum, sorte ad id munus nondum electus erat; Ita enim legimus in Mischna tract. qui inscribitur Cap. V. §. 2. אמר להנני קטרת בוא והפiso dixit illis (præfectus) novi accep- dant & sortiantur ad suffendum, ad quæ verba ordinarius Com- mentator Rab. Obad. de Bartenora haec habet חידשים לקטורת כתורה כל ימו ובוא ולא הו מניחו מ' שלא זכה נקטורה כל ימו ובוא יטב ולא הו מניחו למי שזכה בה פעם אחר לשנותנה: Novi ad suffendum: intelliguntur illi, qui nunquam fecerant suffitum, hi veniebant, & sortiebantur; qui vero semel ad hoc munus dignus habitus est, ei non concedebant, ut denou ficeret, & addit rationem מפני שמעירות כתורה נאפק 'וגו ברך ה' חילו לפיכ' לא הו דרכיך ושפטו כתורה נאפק כרוי שירוו הכרל מעשרים מינוחם לשנותה הנה ארם כרוי שירוו הכרל propter divitias, sicut iscriptum est Deut. XXXIII. 10.

adponunt suffitum ad faciem tuam, & v. ii. benedic Jehova copis
eius, idcirco non permittunt ut quis secunda vice suffire, ut omnes
ditescant & benedictionem reportent. Putant enim Judæi l.c. agi de
benedictione aliqua terrestri.

¶ XI. A Persona transeo ad Materiam, quam adulere tene-
bantur sacerdotes, que Exod. XXX, 7. paucis exprimitur
קְרָרָת סִמֵּן. Suffitus aromatum, plenior descriptio datur. ¶ 34. cap.
cit. Accipe tibi aromata טְמִיס וְלֶבֶן וְכַה נֶטֶף וְשָׁחָלָת וְלֶבֶן סְמִיס stacten & Onychen, & Galbanum aromaticum, &
Thuya parum, unum quodque sollem est. Præter has in lege ex-
pressas species Judæi alias numero septem Mosi in monte Si-
nai datas esse somniant, quas Clarissimus Dominus Præses in Do-
ctissima sua Dissertatione, quam cum aliis Good. Mof. & Aar.
intererat, de Tabernaculo, ejusque Atris ex Rambam tr. כל המקסם
pag. 485. expressit, ad quam Lectorem ablego.

¶ XII. Transgredior visurus, quæ horum singulis diebus in-
cenorum Aromatum fuerit quantitas, illam sanctus Legislator
non expressit, sed libertati Judæorum reliquit, qui ita illam descri-
bunt. כֹּהוּ מְקֻטְרִין מִמְנָה בְּפֶרֶס יוֹת שְׁקָרְלָה מִאָה דָּנָרִין.
חֲמִשִּׁים בְּבָכָר וְחֲמִשִּׁים תִּנְךְ הָעֲרָכִים quantum de eo (suffi-
tu) offerebatur quotidie? Pondus centum denariorum, mane
quinquaginta & quinquaginta inter duas Vesperas Rambam tract.
cap. III.

¶ XIII. Locum, ubi erat adulendus suffitus, indicat Moses l. c.
fuisse Altare Suffitū, cuius structuram antea depinxerat, sc. æ-
dificatum fuisse e ligno Schittim, unum cubitum longum & la-
tum, & ita quadratum, duos altum cubitos, cornibus ornatum,
rectum, parietes, cornua auro obducta habebat; cingebatur lim-
bo aureo, infra quem duo anuli aurei pendebant ad utrumque lat-
tus, ut vèctibus transfixis portari queat; ponebatur ad velum, quod
ante Arcam secederis, è regione operculi propitiatorji, & quidem, si
Magistros audire placet, septentrionem inter & meridiem ita col-
locabatur, ut præ Lychnucho & mensa foras prodiret. vid. Maim.
tract. בית הכהונה.

¶ XIV. Sequitur Tempus, quo suffitus adolitus fuit, de illo
ita Legislator: Et adolebit super illud Aaron suffitum aromaticum,
949-

quolibet mane; quando aptat lucernas, adolescent illus, similiter quando accendit Aaron inter duas Vespertas, adolescent suffitum omni die: incident ergo in idem tempus adulatio suffitus, & aptatio lucernarum, puta, uti Mischnici ajunt, agno jam mactato, membris dissecatis, sanguine sparso, sed membris nondum oblatis, hinc dicunt, suffitum adulatum suffit. *Inter sanguinem & Membra נסכין cap. III. §. 5.* que Phralis, uti Bartenora observat, non stricte accipienda est, ac si sparso sanguinis, & oblatio membrorum immedietate se invicem excepissent, interveniente tantum oblatione suffimenti, aptabantur enim etiam ante membrorum oblationem lucernæ, l.c. §. 4 indicatur solummodo, suffitum præcessisse oblationem membrorum, & hoc est tempus suffitus matutini, vesperi siebat. *בן אברם לנסכין inter membra & libamina tract. cit. cap. III. §. 1. h. c. oblatis membris, sed ante libamina.*

§. XV. Expositis nunc iis, quæ ad Personam, Materiam ejusque quantitatem, locum & Tempus cognoscendum inserviunt, restant quædam de ipsoadolendi modo, quem brevibus verbis, prout illum Mischnici tract. *חנוך cap. V. & VI. & celeberrimus magister Maim. tract. cit. cap. III. tradunt, explanare faragam.* Ita autem se habet: Sacerdos, qui dignus habebatur ad suffitum faciendum, accipiebat vas aliquod, quod suffitum replebat, quodque in aliud vas imponebat, ne suffitus in terram decideret, Sacerdote ad altare eunte, quod factum, quando Sacerdos alius, cuius erat cinerem ab interiori altare removere, Templo jam egressus fuerat, tunc sacerdos, cui obtigerat suffitumadolere, cum alio aliquo, qui thuribulum manu tenebat, atrium ingrediebatur, quo ingresso sacerdos ille, qui thuribulum habebat, culmen altaris ascendebat, carbones huc illuc dimovebat, & quosdam thuribulo argenteo capiebat, postea descendebat, & carbones in thuribulum aureum infundebat, & congregabat super altare interioris, tandem se incurvans exivit. Tunc sacerdos, suffitum adolescent, ad munus obenndum se accingebat, & ab aliis sibi cayeat ne peccet, admonitus, incipiebat, (postquam illum sacerdotum praefectusadolere jussérat,) suffitum leniter super ignem projicere, quo tempore omnis multitudo populi à templo removebatur.

tur, quod Judæi probare conantur ex loco Levit. XVI, 17. *Nullus autem homo esto in tentorio conventus, quem ille ingredietur ad faciendam expiationem, in loco sancto, usque dum egrediatur, quo autem successu id probent, cum hic sermo sit de die expiationis magna, nescio, conf. hic Luc. I, 10. 21.* Quod alius gentibus sacra tractantibus in usu fuit, quod tunc plebem à confpectu excluderint, hinc in Virg. Lib. Aenid. VI, 258. hæc leguntur.

*Adveniente Dea procul o procul esse profani.
absoluto dein Munere, Numen adorabat & exhibat Sacerdos.*

§. XVI. Hisce plura, quæ suffitum concernunt, addere supersedeo, unicum si exceperis Maimonidis testimonium, quod rationem suffitum tradit in מורה נבוכים Libr. III. cap. 45. ubi ita more suo, hoc est, doctè loquitur Magisterakash הרשות ברכות רבות הכל יוס ומחתcin כו הבשר ושורפן ורותחין כו הקרב והכריעין אין ספק שאליו היו מנהיחס אוטו עלי זה והענין היה ריחו כריח פקופות הבשר ספני וזה צוה להקثير כו הקטוררת שתי פעמים בכל יוס נבקר ובין הערבות להטיב ריחו וריח גבורי כל העבר כו כבר דעתא אסרים מירוחו והוא מירוחם אבְּלָס לא היה לו ריח טוב כל שכן אם היה לו שכנרו היה מביא כלב האדים הפק והגוללה כי הנפש תחרח מאר לריח הטוב id est, ex interpretatione Magni Buxtorffii Filii: quia quotidiani in sanctuario magnum numerum bestiarum mactabant, Carnes ibi in frustra scindebant, intestina item, & crura lavabant, & comburebant, odor eius si in hoc statu illud reliquissent, sine dubio in statu mactelli aliquis fuisset, ideo præcepit Deus, ut quotidiani suffitum in eo stat, mane sc. & vesperi, ad gratiam reddendum odorem eius & odorem vestimentorum Ministrorum ejus. Hinc est illud, quod Rabbinini nostri dicunt, à pericho odorabantur odorem suffitum, & hoc insaque ex illis est, quare reverentiam & venerationem huic loco acquirabant. Nam si non habuisset bonum odorem, sed contrarium egius (b.e. malum) tum effecisset hoc in animis hominum contrarium reverentia (b.e. contemptum) sicut enim anima mirifice bono odore delectatur eumque sequitur, ita contra malum odorem detestatur atque fugit.

§. XVII.

§. XVII. Sequitur nunc alterum, per quod nomen Dei magnum futurum praedicitur. De quo ita Deus מְנוֹתָה תַּחֲרוֹת וְמְנוֹתָה טַהֲרוֹת. Et munus purum. Vocabulum מְנוֹתָה derivatura rad. penes Hebreos obsoleta, quæ apud Arabes nota, donavit, munere donove affectus, cuius clarissima extant vestigia; nota enī in genere quodlibet munus, sive sit hominibus, vel honoris causa. 1. Sam. X, 27. vel reconciliationis gratia Gen. XXXI i, 14. XLIII, II. sive Deo oblatum, & tunc quidem nota aliquando in genere omne munus, quod Deo offertur, sive nunc constet ex rebus animatis, sive inanimatis, Gen. IV, 3-5, speciatim tamen & ferè semper denotat fertum e frugibus terræ, quæ ferta duorum erant generum, unū, quod una cu oblatione נְכִים Ferru libaminū dicitur. offerre debebat & hoc ab ipsa oblatione dividii nequit; alterū genus est, quod seorsum offertur, quod iterum in diversa dividitur, est enim vel מְנוֹתָה קְנָאוֹת Munus privatum vel מְנוֹתָה הַצּוֹבָר Munus publicum. Illius quinque observantur species; prima est חֶשְׁבָּן Fertum peccatoris, quod quis offerre debet ob perpetrata aliquam iniquitatem, si propter paupertatem sumitus in majus sacrificium impendere nequit; secunda dicitur מְנוֹתָה קְנָאוֹת Ferrum Zelotypia, quod offerre tenebatur uxor de adulterio suspecta; tertio loco ponetur illud Fertum, quod suis quisque victimis certi cuiusdam generis alioqui debitibus adjungeret, necesse fuit; quod translato per similitudinem verbo fertum dicitur; in qua expositione tamen non omnes convenient; quartam speciem faciunt חֶבְטוֹת בֵּן גַּדְלָה crusula sacerdotis summi, quas Pontifex singulis diebus offerebat; quinta denique species nominatur מְנוֹתָה רְכָבָה Ferrum spontaneum, quod quis offerebat, nulla lege ad id obstrictus. עַמְּרָה הַתְּנוּפָה tria fuere: Manipulus agitationis postridie Paschatis oblatus, להט תְּנוּפָה שְׁתִים Panes agitationis duo, qui die Pentecostes offerebantur: & להט Panes propositionis. Plura fiscire cupis, consule tr. & speciatim Maimonidis præfationem, huic tractatui præpositam, item Abarbanel in Exordio Commentariorum in Leviticum.

§. XVIII. In nostro hoc loco respectus maximè videtur, (non quidem exclusis ceteris ob easdem, quas supra ad מְקֻרָב protulimus rationes) ad fertum illud quotidianum, cuius mentio fit

Num.

Num XXVIII, 5. Et decimam partem Ephæ simila, in munus mixto olei contusi quarta hinis, & v. 8. Agnum vero alterum parato inter duas vesperas, ut minus matutinum. Hoc jam accuratius paululo considerandum. Constat ex סלת סימלה tritici, ut reliqua omnia, duo tantum si exceperis, quemadmodum Rambam tract. כל המנהות מעשיה ostendit, quando dicit: סלת חיטין חוץ ממנהות סוטה וועמר החטנא' שחט מהשעורי' Omnia munera erant ex simila, prater munus uxorii de adulterio suspecta, & manipulum agitationis, que erant ex hordeo. Quid Judæi per סלת intelligent, colligi potest ex Kimchio ספר קתרן ad rad ubi ita loquitur simila הוא קתרן in farinam subtilem, que simul spissa, comolita, & in tract. סלת הנם והוא החשוב פרקי אכזרי vocatur Interpretre Cl. Syrenh. farina crassa, que optima est, unde constat intelligendam esse farinam optimæ notæ, & requirebatur ad fermentum decima pars Ephæ, hinc Raschius ad h.l. אין סלת אלא פון הרתו. שנ' סלת חיטין ואין מנהה מועשר שנ' שרשין סלת שרשין hoc est, ex interpretatione Consultissimi Breithaupti. Non est simila nisi de tritico, dicitur enim. Exod. xix, 2. simila tritici, nec est mincha minor decima parte, nam dicitur v. 4. Et decima pars. Quæ mensura eadem est cum decima parte Ephæ five 43¹. ovis. vid. Goody. Mos. & Aaron. cum not. Cl. Hottingeri p. 962. Hæc simila miscenda erat oleo, quo eo dulcior & gravior evadat cibus, requirebatur autem quarta pars hinis, quod idem ac שולש להן tres logi five 18. ova. Et hæc erat mensura, quando sacrificio ovium fertum addebatur; si vero alii animalium speciei, tum mensura pro diversitate crescebat, veluti si mactaretur bos, requirebantur tres decimæ Ephæ similaginis, dimidio hinis olei subactæ: si mactaretur Aries, sumebant duas decimas Ephæ similaginis, subactas triente hinis olei, conf. Num. XXVIII, 12. & Rambam defaciendis sacrificiis cap. II. his super addebatur sal, qui in omnibus fertis adhibendus, hinc Maim, More Nevoch. Lib. III. cap. 46. hæc habet verba צוה בחרטורה המלחה עב נבר קרבניך תקרוי מלת sale in omnibus sacrificiis nisi serio præcepit (Deus), sicut dicitur, & in omni oblatione tua offeres salem, Lev. II, 13.

§. XIX.

§. XIX. Ex hisce speciebus constabat munus illud quotidiam, in cuius oblatione sibi cavere debebant sacerdotes, ne offerrent fermentum, Lev. 11, 11, quo ostendebat Deus, sibi demum illum placere cultum, qui sincerus & minime fucatus est, symbolum enim hypocryeos fermentum esse sacra pagina passim indicant. Quare gravissime in hujus legis transgressorum Deum animadversurum Judæi dicunt: Audiamus hac de materia differentem Maim. tract. מעשה קרבנות cap. XII. חמץ או ערבה מעשה קרבנות חמץ או קטב חמץ או אפאה חמץ לוקה שנ' לא' התעשה חמץ ונאמר לא תתupe חמץ ליהוב ערך מעשה וחורי שבת העשה חמץ מהרלה ועד סוף לוקה ערך מעשה מון ex versione doctiss. Lud. de Comp. de Veil. si quis fertum fermentasset, vel pinsendo vel miscendo, vel dissecando vel conquendo, verberibus multaretur, nam quod scriptum est. Lev. II, ii, absque fermento fieri, & alio loco, non coquetur fermentum, id hoc sibi vult, singula ejus opera seorsim sequi suam paenam: Et si quis principio fertum fermentasset, ad finem usque, de singulis eius operibus multaretur. Dein procul abesse debebat mel, mandante ita summo Legislatore Lev. II, I. Ex nullo רבעש melle adolebitis. Vocabulum רבעש Judæi generaliter accipiunt de omni eo, quod dulcedinem habet. Ita Jarchi ad l.c. כל מתיקת פירות omnis fructus dulcis dicitur mel. Verabatur vero mel, quia cibus delicatolorum, & ad voluptates incitamentum est. Aliam & illam haud inceptam interdicti mellis & fermenti tradit rationem saepius laudatus Magister Maim. Libr. III. מורה נבוכים cap. 46. ita loquens שוכרי עכורה וורה לא' הו סקרינים לחם אלא שאור וו' וכחרים להקريب העיניים והטוקים מלכליים קרבוניות רבעש כמו שהוא מפורסם נספרים אשר סדרת לך וכן לא' חמץ כדבר מקרבניהם מלך מפני זה הוה השם מהקريب כר שואר וכרכ רבעש Idololatre panem fermentatum solum offerebant, ac res dulces ad oblationes suas eligebant, easque melle suungere consueverant, scutis ex sapinis jam a me allegatis illorum libris patet, sale autem in illis non utebantur; ideo prohibuit nobis Deus, panem fermentatum vel mel offerre.

ג. XX. Tale nunc fertum ad modum מטבח suffimenti, singulis diebus, mane & inter duas vesperas, offerendum erat ex iussu divino Num. XXVIII, 5.7. ita autem fiebat; sacerdos summis, vel alius aliquis gregarius loco Pontificis, simulacrum oleo mixtam, in loco sancto coquebat, de quo ita Maim. tract. ומכוס שטבשין קדשים ס' אטנ' אה. cap. XII. המנחות שנ' זה והמקוס אשר יבשלו ס' הכהנים אשר quo loco sacrificia sanctiora lixabantur, יאפו אשר המנחה ונ' eodem feta coquebantur, scriptum est enim, is est locus ubi coquent sacerdotes &c. Dein in duas dividebatur hoc fertum partes, quarum una mane, vesperi altera tota comburebatur, & ita res se non habuit, quemadmodum cum reliquis fertis, quae ex partentium flammis tradebantur, reliqua parte in usum sacerdotum cedente; Nam sacerdotis erat hoc, de quo loquimur, fertum, finunc ipse de suo commedisset, ac si non oblatum, reputatum fuisset, vid. Rambam tract. טעה קרבנות cap. XII. Abarb. in Exord. Comment. in Lev.

ג. XXI. Adhuc observationem meretur, quod Deus non solum in genere dicat gentes sibi oblaturas esse Manus, verum emphaticè addat, Manus purum. Ut sacrificium aliquod, sive munus sit purum, hac inter alia requiruntur; Primò ut materia legitima à Deo præscripta adhibeatur, is enim, qui ex dictamine rationis quamlibet materiam offerre vellet, prosequeretur Deum cultu, quinihil aliud quam signum cordis sui, qualis cultus Math. XV, 9. ut frustratus proscribitur; Dein requiritur ut offerens sit purus corde, qui offerat non consuetudine sedetus, sed ex vera in Messiam fidè; quod requisitum etiam præcipuum, licet enim quis illam, quam Deus elegit, offerat materiam, & externè omnia rectè se circa illam habeant, fide tamen destitutus si sit offerens, munus Deo gratum dici nequit. His requisitis Iudæorum hujus ævi pleraque munera carebant, materia non erat pura, quare Deus in nostriloci commate antecedenti quærit, illos adducere panem sordidum &c. quo nequidem Princeps terrestris delectamentum capit; nec profuebat munus eorum, ut ut forsitan aliquando exterrè purum, ex salvifica in Messiam fide, eant enim בוי שם יהוה Contemtores nominis Dei cum contra cor fide

fide purificatum, Deum amet, colat, laudibus extollat. Quare etiam Deus impuris his Iudaorum muneribus aliud aliquod purum opponit, quando dicit: *Gentes offerent nomini meo munus purum.* Quae verba non comparate tantum ad Iudeos accipienda sunt, quomodo Arias Montanus, qui totum textum secundum literam intelligit, vult, quasi Deus dixisset; vos, o Iudei, offertis quidem etiam ex rebus mundi, quod etiam gentes faciunt, hoc tamen cum discriminis, vos contemnitis nomen meum, illæ vero magni me habent, hinc est quod multò purius, probatusve sit munus eorum vestro. Sed fallit, falliturque Arias Montanus, non enim est sermo de munere proprio dicto, sed sub symbolo à rebus V.T. cultus desunto describitur cultus, N.T. quod inferius pluribus patebit, hic autem cultus, qui vocatur *Regnum Dei*, non est *esca & potus*, sed *justitia, pax & gaudium per Spiritum sanctum* Rom. XIV, 17. Paulo licet alio sensu loquente, sive non situs est hic cultus in muneribus, ex rebus huius mundi constantibus sed totus est spiritualis, & quomodo Gentium qua raffum, quatenus nimirum in tenebris sedebant, Deum non cognoscebant, quomodo dico harum munera pura dici queant, non video. Vel an non tum temporis fide destituta erant gentes, quia Christum ignorabant? ita sane. *Atque fieri non posset, ut absque fide quisquam Deo sit gratus*, Hebr. XI, 6. Quare nos absolute de munere puro accipimus, ut sensus sit; vos o Iudei! offertis quod illegitimum est nec fidem habetis verbo meo, impuris vestris cogitationibus & factis, frustraneas redditis oblationes vestras: sed gentes olim vero puroque cultu me honorabunt, & omne, quod facturae sunt, profluet ex puro fonte, puta, fide offerent milii munus.

¶. XXII. Hactenus vidimus quid sit מְכֹר suffimentum, quid בְּנֵה טוֹרָה munus purum, in quorum explicatione diutius paulò morati sumus, verum forte non penitebit, certè non illos, quibus antiquitates sacras scrutari cordi est: Promovemus tandem pedem consideraturi, in quem usum gentes suffimentum & munus purum adhibituras sint, de quo ita Deus: מְכֹר מִגְשׁ וּמְנֹהָה טוֹרָה suffimentum adductum (erit) & munus purum. Ubi iterum deprehenditur Ellipsis verbis substantivi, quod idcirco compensandum, commodius autem non compensatur, & aliter vix ac ne

vix compensari potest, nisi pererit, habito respectu ad tempus sub-
 secuturum, nam vatis ætate, ut supra probatum, gentes Deo non
 attulerunt munus purum, nisi mavis simpliciter dicere, participi-
 um hic ponit profuturo, quod haud infrequens est in sacris litteris,
 observante Glassio Philolog. fac. p.m. 926. ubi varia profert exem-
 pla: Nos unicum tantum ad illustrationem hic adponimus, quod
 reperitur Gen. VI, 17. **אָנֹי חָנָנִי מִבְּנָה אֶת הַמִּבְּרָכָה** Ecce
 ego adducens diluvium, pro adducens ero. Pariter hic noster locus
 vertendus, & suffitum & munus purum adducetur, sive
 adductura sunt genes: Turpiter hunc locum detorquet Kimch.
 in commentario suo ad h.l. ubi haec verba non nisi subintellecta
 conditione præcepti divini intelligenda esse dicit: Producemus que
 loquitur verba וְכָל מִקְדָּשׁ מִזְבֵּחַ וּמִגְנָשָׂה
 סָכוֹן אֶחָת כִּמו שָׁצְוִיתִי אֶת־כָּתֵב הַזָּרִיחַ וּמִגְנָשָׂה
 לְשָׁמֵי וְעוֹד כִּי מִנְחָה טָמֵא הוּא טָמֵא גְּנוּשָׂים לְאֵין כִּמו שָׁאתָם
 Et in omni loco af. **עֲשֵׂם שָׁאתָם מִנְשָׁת** מִנְחָה טָמֵא וְנוֹכוֹת
 ferent suffitum & adducent (gentes sacrificia) si illis præcepérimus,
 quemadmodum vobis præcepí offerens suffitum & adducent [sa-
 crificia] imo quod maius quid est, adducent munus purum, non
 quemadmodum vos facitis, adducentes munus immundum & con-
 temntum. Sed quamvis omnino verum sit, quod nemo Deum
 prosequatur cultu ipsi grato, nisi is, cui Deus voluntatem suam ape-
 ruit, non tamen ita conditionate hic loquitur Deus, non quod ex-
 cludat præceptum suum, quod præsupponit, tum externum tum
 internum; sed quod certissimum hunc sit habiturum effectum, quod
 gentes oblatura sunt suffitum, & munus purum, jam qui effe-
 ctum dicir, nonne etiam causam subintelligat, necesse est. Cæte-
 rum verbum נִשְׁתָּה quod ut audivimus, accedere, appropinquare
 notat, adhibetur de eo, quod quis ad alterum dicit, ut ab eo con-
 sumatur, ita Iisaacus ad Jacobum dicit: זָהָרָה adfer mihi ist com-
 edam de venatione tua, & benedicer tibi anima mea שְׁמִי &
 atruit & comedit. Gen. XXVII, 25, dein utitur sacra scriptura hoc
 verbo, quando aliquem sifist, qui precibus ad Deum accedit,
 ut de Abrahamo exstat. Gen. XVIII, 23. שְׁמִי Et accessit Abraham
 & dixit, numeriam iustum cum iusto perdes? puta, Abrahamus
 accedebat ad adstantem Virum qui יְהֹוָה erat, ut preces funderet.

pro

pro Sodoma & Gomorra. Jam si hæc gentibus applicamus, vivis
quasi coloribus depingitur, gratam esse hanc oblationem Deo,
tanquam suavis cibus in ore ejus, imo רַה נִיחוֹת לְרֹא odor gra-
tus Jehovæ; Indicatur simul, maximam cultus partem in precibus
sanctorum consistere.

S. XXIII. Sed cui hocce munus offerendum? Deus dicit יְהֹוָה
nominis meo. Quid nomen Dei sit, jam supra demonstratum est, qua-
re, quæ rura proferem, heic repetere nolo. Id tantum observo,
gentes durante cultu Mosaico etiam sacrificasse, sed Idolis, fictiis
suis Diis, quos suos creatores, sustentatores & protectores stulte
credebat, his munera dedere gentes, quibus vel gratias agebat pro
acceptis beneficiis, quæ ab illis provenire coecè judicabant, vel i-
ram falsorum Deorum avertere volebant, sed hæc munera iis facta
qui nihil sunt in hoc mundo, Diis stercoreis, removenda prædictit
Deus, gentibus coecis visum esse dandum, quo mediante stultitiana
suam agnoscere, & altiora, solidiora meditari queant, nimurum,
inquit Deus, offerent יְהֹוָה Nomini meo munus purum, q. d. non
amplius adhærebunt imaginarii suis Diis, sed me unicam totius
universi causam agnoscent, à me omnia bona expectabunt, me uni-
cè honorabunt, timebunt (hæc enim in vi Phraseos offerre alicui
munus purum, latent) quare non amplius Diis, sed mihi Deo of-
ferent munus purum.

S. XXIV. Verum progredior, visurus quoisque se extendat
hæc nominis divini excellencia, quod diabus exprimitur Phrasibus.
Prima est סְמֻךָ שְׁמֵשׁ יוֹד מְכֹאוֹ ab ortu solis usque ad ejus oc-
easum: circa quodlibet vocabulum impræsentiarum prolixus non
ero, contentus inquirere sensum Phraseos. Observo non nisi ex
lexicographis circa שְׁמֵשׁ & יְהֹוָה quod prius descendens à rad.
יְהֹוָה ministrare ideo solem denotet, quia radiis suis lucem, quam
in se habet, in mundum spargit, sicutque hominibus, ut videre que-
ant, interficit; dein quia calore suo, terram ad fructus ferendum
idoneam reddit: quare Christus in sensu metaphorico, quia spiri-
tualiter nos illuminat, & Sp. suo ad bona opera peragenda aptos
facit, sub nomine solis passim venit Malach. IV, 2. Luc. I, 78. poste-
rius autem, quod propriæ venire, intrare significat, de sole usur-
patum occidere, notare, quia sol videtur intrare, quando definit

videri, sub Horizontem descendens, conf. Gen. XV, 17. Amos. VIII, 9. Verum proplus ad rem. Phrasis haec notat totum terrarum orbem, quem sol, quilibet sic, sive viginti quatuor horarum spatio, circumcurrit. Pl. CXXXIII, 3. Es. LX, 19. & eadem est cum illa Ps. VIII, 2. **בְּכָל־הָרֶץ in omni terra.** Quomodo etiam Judæi accipiunt; Aben-Esra ad h. l. ita loquitur **קָצֵחַ וְעַד קָצֵחַ** ab una extremitate terra ad alteram, ubi cunque inhabitata est, consentit R. D. Kimchi, intelligi sc. omnes habitatores terræ, quando hanc hujus adhibitæ Phraseos rationem dat. **סְמֻרָה שָׁמֶשׁ וְעַד מִכְאוֹן כִּי הַיּוֹשֵׁב סְמֻרָה לְמַעֲרָבָה** *Ab ortu solis si inneni sicut colo usque ad eundem occasum: quia terra incolis repleta est ab oriente ad occidentem, ita autem se res non habet a septentrione ad Meridiem: hec enim plaga non tota inhabitantur, (hinc est quod ita loquatur.)* Et ita sensus est, fore aliquando tempus, in quo non ulterius cognitio & cultus Dei intra angustos Palestinae terminos includatur, dilatandos esse limites, & fama magni Dei omnem terram impletam, ut illum puro corde colant, tam illi qui orientem incolunt, quam illi qui in occidente degunt. Quia phrasit uter Vates, quo forsitan alludat ad terram Canaan, quæ in medio quasi ortum inter & occasum sita; Non ita tamen exactè hoc dicimus, ac si illam, cum Judæis Geographia ignaris, centrum totius orbis faciamus.

§ XXV. Sed his nondum exhaustus videtur textus: Phrasis enim haec eleganter admodum ostendit, quod, quemadmodum sol radiis suis modo hanc modo illam terræ partem collusfrat tenebris oiam alteram relinques, ita Deus non apud quemlibet populum magnum se eodem tempore præbet, illa nimirum excellentia, quam supra explicavimus, nec à quovis talis agnoscitur, colitur, verū pro liberimâ voluntate, jam hunc, jam illum terræ tractum, spirituali perfundit luce, qua illum cognoscere, amare, religioso cultu profequi valerent filii hominum: Et hoc est, uti putamus, genuinus hujus Phraseos sensus, nec audiendus hic Montanus, qui putat, indicari hic causam, & rationem magnificati nominis divini, pura ob celerrimum, & velocissimum solis motum, quem singulis diebus ab ortu versus occasum conficit, hinc particulam illam non solum vertit, verum etiam ex, quasi Deus dixisset, ex eo quod gentes ce-
lum

lum intuendo animadverterit velocem solis motum, *magnum erit nomen meum inter gentes*, cognoscere enim me esse illius Autorem, & Gubernatorem, verum hoc subtilius est quam ut solide probari possit, licet enim eterna veritas sit quod *cœli enarren gloria Dei*, & opus manum suarum in dicet expansum eorum. Davide teste Ps. XIX non tamen in nostro loco hoc innuitur, continet enim praesentia thema Prophetiam de magnitudine nomini divini, tempore subsecuturo, praे illo tempore vatis inter Judæos; jam quaratione diei potest, tali modo magnum; vel an non iam ab aetatis mundi fundamentis idem celestius semper observabatur solis motus, non tamen, nec sapientissimi gentilium, ea propter, quod illum animadverterint, ad cognitionem veri Dei pervenire: dein, si ita explicanda est haec phrasis, quando implementum suum attingebat? sanè non ante Christum, nam secundum Paulum Röm. I, 29, gentes illius aevi fuerunt *οστυεῖς οφεῖς θεοῦ*: si vero impletum est post natum Christum, tum magnum nomen Dei, non ob ortum & occasum solis naturalis, sed *quia sol justitia ortus est super gentes*. Malach. IV, 2. Tacco haec phrasim expressè alibi de loco explicandam esse, quod autem attinet particulam *מִן* quamvis non negem, notare aliquando ex, & indicare causam impulsivam, minime tamen ob allatas rationes concedo hic ita sumi.

§. XXVI. Altera phrasis est **בְּכֹל מָקוֹם** *in omni loco*. Hactenus cultus Dei alligatus erat ad terram Canaan, urbem Hierosolymitanam, templum, nullum sacrificium, saltem ordinarium, (nam alter res se habuit cum extraordinariis, quæ etiam extra templum facta Deo grata erant, ut exemplum Elix I. Reg. XVIII. aliorumque testatur) extra templum fiebat; sed nunc inquit Deus, nunc veniet tempus, quo omnis terra sanctitate Jehovah erit repleta, in quo non amplius locus, praे loco habebit prærogativam aliquam, ubi non obtinebit discrimen inter montem Garizim Samaritanorum, & templum Hierosolymitanum Judeorum, conf. Joh. IV, 20, 21, sed abrogato nationum discrimine, & gentibus ad interiora sanctuarii intromissis quivis locus Jehovah sanctus erit, sive nunc sit in terra Canaan, sive extra illam.

§. XXVII. Quare autem haec fieri debeant, clare indicat Deus, **בְּנֵרֶד שְׁמֵי כָּבוֹד** *Nam magnum nomen meum inter gentes.*

Hec

Hac verba jam sunt explicata, quare illis hac vice diutius non inhærebimus, id tantum considerabimus, quare hic repeatantur: putavet Deum velle his verbis indicare rationem quare gentes oblatura sint suffumentum & munus purum, quia nimirum *magnum nomen suum erit inter gentes*, quod alias fieri non potuisset, omnibus enim etiam vel maxime barbaris nationibus natura inest, numen aliquod colere, primam omniū rerum causam habere, nisi itaque gentes oblatura essent munus nominis suo, religioso cultu presequerentur alium vel verius dicam non Deum, quem cœli Rectorem, terrę Gubernatorem, Beneficiorum fontem, & Judiciorum Authorem putant; Jam quomodo Deus magnificatus ab homine dici potest, quando etiam illi quod nihil est postponitur. Econtraversò per verum cultum Deus magnificatur, tum enim honoratur is qui honorabilis, amat is qui in se amabilis, timetur is, qui terribilis, glorificatur is in quo כבוד pondus gloriae, cognoscitur is, à cuius cognitione omnis dependet salus. Prolixior hic esse possem, ostendendo quomodo singula attributa, singulæque perfectiones & virtutes Dei, per hunc cultum extollantur, sed instituti mei ratio, me breviorem esse jubet, & hoc unicuique meditanti obvium est.

¶.XXVIII. Tandem indagandum venit totius asserti fundatum & certitudo, his verbis: אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת dicit Jehova exercitum: Nec hic longam dabo nominum explicationem cum fere omnes harum vocum explicatione abundat libri, huc facientia tantum indicare animus est. Dicit Jehova exercitum, est phrasis in sacra scriptura frequentissima, quam scriptores promissionibus ut & coinationibus vel præponunt vel annexunt, & ita indicant, verba ab ipsis proposita, non esse sua, sed ipsius Dei verba, quibus adeoque fides habenda. Malachias nunc ingens illud beneficium de vocatione gentium olim eventura, proponens certitudinis causa adjicit, dicit Jehova exercitum, quasi diceret, nolite excipere hunc sermonem, ut sermonem humanum, sed (sicue est verè) ut ipsis Dei sermonem, ut Pauli utar verbis 1. Thess. II, 13. Nomen יהוה est nomen Dei proprium, nulli creaturæ communicabile Es. XLII, 8. אני יהוה הוּא שְׁם ego Jehova, hoc nomen meum, hinc dicitur apud Hos. XII, 5. Jehova est Deus exercitum זְהֹוּכָרְנוּ Jeho-

Jehova memoriale ejus, derivatur ab יהוה est, fuit, & notat Ens quod necessariam habet existentiam, quod perfectissimum, simplicissimum, independens, immutabile, quod idcirco est id quod est & quod fit id quod est, ita quoque explicant Judæi & qui hos sequitur Joh. Apoc. I, 4. εἰπάνεις τὸν ὅντα τοῦ θεοῦ τὸν μόνον τὸν ιησούντος. Pax ab eo quiescerat, qui est יהוה & qui futurus est, vid. Buxt. Lexic. Heb. ad rad. Alterum nomen est צבאות יהוה quod notat exercitus, hoc etiam quidam volunt esse nomen proprium Dei sed falso conf. PL LXVIII, 13. maximè PL XLIV, 10. ita Deus sapientissime vocatur Jehovah exercituum, id est talis qui sub suo imperio magnum, imo multos habet exercitus, quare recte putat Cl. Glass. esse hic Eliplet non nomen Dei אלהים quemadmodum haec phrasis alibi explicatur, ut v.g. PL LXXXIX. Jehovah Deus exercituum, sive singulariter צבאות proprie notat exercitum, tum quia milites, ex quibus exercitus constat, Duci suo ministrant, tum quia turmatim in unum locum confluunt, utrumque enim radix צבא notat; Metaphorice in scriptura varie adhibetur, mox de hominibus ad Dei cultum congregatis Exod. xxxviii, 8. Num. 1v, 23. mox de angelis PL CVI, 22. mox de stellis PL XL, 26. aliquando etiam de gentibus ad fidem in Christum sub N.T. vocandis Jer. III, 14. ratione horum Jehovah vocari potest Jehovah exercituum, cum nihil sit quod non imperio suo subsit: mittimus tamen impræsentiarum priores tres significatus, ultimum tantum retinentes, putamus enim fideliū ex gentibus maximè ratione ita hoc in loco, non exclusis quidem vel angelis vel stellis, nominari. Sunt autem fideles exercitus vario respectu & ratione multitudinis; spirituale enim semen Abrahāmi ita numerosum est, ut præ multitudine stellarum in star numerari nequeat. Gen. XV, 5. quare etiam mox pulchritudo terra Gen. xvi, 16. mox arena maris Gen. xxii, 17. assimilatur & ratione subjectionis; nam non sunt fideles ad instar ovium non habentium Pastorem, sed Deum agnoscunt Ducem suum, cuius mandatis strenue gerunt morem. ¶ Ordinis respectu; non sunt fideles confusa hominum turba, sed exercitus optimè dispositus, in quo sunt qui præuenti aliis, sunt qui præuentes sequuntur. ¶ Ratione Belli & Roboris; multos & illos prævalidos hostes habent Fideles, adversus quos perpetuum spirituale bellum gerendum, in quo

[24]

quo tamen omnia ci ita prospere succedunt, ut Duce Deo, (all-
quando succumbere licet videantur) semper reportent victoriam;
quid itaque mirum, si Deus, qui Deus fidelium, vocatur Jehova exer-
cituum.

¶. XXIX. Diximus supra hæc verba totius asserti esse fundamen-
tum & certitudinem, id nunc ostendendum est; Is cuius hæc sunt
verba est יהוה Deus gratiosus misericors & multus benigni-
tate Exod. XXXIV, 6. qui ex intimes visceribus erga miseras gen-
tes dicitur misericordia: Verax, qui quod dicit facit & quod locu-
tus est præstat. Num. XXIII. potentissimus qui omne id quod pro-
misit, etiam in eventum producere valet: immutabilis, qui decre-
tum suum quod ab æternō decrevit, & in tempore, multis jam ante
Malachiam seculis, de vocatione gentium revelavit Gen. IX, 27.
non mutat; uno verbo est perfectissimus, qui omne id quod ad
gloriam suam promovendum aptum est facere vult & facit; si nunc
hæc consideramus, promissionem hanc disram esse, à Deo gratio-
so, qui miseri succurrere vult: Veraci, cuius promissiones sunt ita
& Amen 2. Cor. i. potentissimo, cui nemo contradicere, nedum
obstaculum ponere potest: immutabili cuius dona e jesus modis sunt,
ut corum ipsum paenitere non possit. Rom. XI, 24. hæc dico si con-
sideramus, magnam esse emphasin, & certitudinis signum in no-
mine יהוה comprehendemus. Nec minoris momenti est id quod
additur יהוה צבאות Jehova exercituum, per exercitus inter alia
intelligimus gentes sub Novo Testamento ad gratiam in Christo
vocandas, & harum Deus dicitur Jehovah, sive, ut alibi, Deus, talis
autem esse non potest, nisi eveniat quod promittitur, nam alicuius
Deus sive Jehovah esse notat, omnes gratie thesauros in illum cu-
jus Deus est effundere & promissiones aliquando factas implere,
conf. hic Exod. VI, 2, ubi ita ad Mosen Deus: *visus sum Abrahamo, Isaaco & Iacobo, in [nomine] Dei fortis omnissientis*
שְׁמַיְהוּ לֹא נָרוּעֵי לְהָסִד sed nomine meo Jehovah non ma-
nifestatus sum illis, talis autem minimè vocari potest si nomen
Dei non magnum in gentibus, nam tunc gratiam suam super illas
non effusit, & illæ tum ut tales qui Deum non cognoscunt sunt sub
ira Dei, *imo filii ire* Eph. II, et si gentes non offerunt, quomodo
implete sunt tam innumeræ promissiones de vera ad verum Deum
gen.

gentium conversione Jer. XVI, 19. Zach. II, 11. & alibi s̄p̄ius. Ut adeo sensus horum verborum sit, quam certe, inquit Deus, Ego sum Jehova, summus, verus, perfectus, immutabilis & potens ille Deus, & quam certe gentes sunt Exercitus meus, tam certe etiam nomen meum magnum erit inter gentes, & illa offerent Nomi ni meo suffitementum & munus purum, alias me ipsum, quod tamen impossibile est, abnegarem.

¶ XXX. Praemissa sensus litteralis explicatione, pergitur quem aliquantulo scrutari instituimus, sensum mysticum explicatur; Facile enim ex dictis unicuique patet, hic non esse sermonem de suffitemento & munere proprio sic dicto, hoc enim in antecedentibus à Deo rejicebatur, & fūsus & tale munus debebat offerri per Iudæum, imo per Sacerdotem, non nisi in loco sancto, qui erat templum Hierosolymitanum; hoc autem de quo in nostro textu, offerendum dicitur per gentes, & quidem omni in loco: accedit quod implemento careret hec prophetia, si proprio accipere tur, iuspiam enim legimus, gentes magno & vero Deo tale munus obtulisse, imo ex scriptis N.T. & historia ecclesiastica contrarium facile probatur. Quare non sine fundamento aliquo dicimus, indicari spiritualem Deiculum Ecclesię N. T. sub symbolo ceremoniarum V. T. quod haud infrequens est Prophetis, ut quemadmodum bona spiritualia comparare solent, cum terrena fertilitate terrae Canaan, sic etiam cultum tempore Messiae verbis à cultu sui temporis petitis describant, uti Es. LX, 1, 7. Zach. VI, 13. & alibi, consule Doctiss. Glassii Philol. sacram, edit. noviss. p. 319. Hinc etiam ipsi Judæi de precibus exponunt. Ut Jonathan,

שׁמְשָׁא וּדֹעַ מִלְחָמָה רֵב שְׁמִי בֶּן עֲמִינָה וּכְרָב עַזְחָן
עַבְרוֹן רְעוֹתֵי אֱנֹגָא אַקְבָּרְכָּן צְלָוְתָּכוֹן וְשְׁמִי רְבָנָה סְתָקְדָּשׁ עַל
וַיְרִיכָּן צְלָוְתָּכוֹן כְּקוּרְבָּן דְּבִי קְדֻשָּׁה אָרוּ רֵב שְׁמִי בֶּן עֲמִינָה אָמָר
וְזֶה צְבָאוֹת חַדְשָׁה מִבְּרָאָה וְזֶה נְשָׁמָה מִבְּרָאָה
Quoniam ab ortu solis usque ad occasum ejus magnum
est nomen meum inter gentes: sed quounque tempore vos exerci-
turi eis voluntatem meam, ego recipiam preces vestras, & nomen
meum magnum sanctificabitur per manus vestras, & oratio vestra
(serit) sicut oblario munda coram me, quoniam magnum nomen
meum inter gentes, dicit Dominus Exercituum & in
ילקוט רבי שמואל בר נהמיה ה' הא ח' פ' ל' מ' מ' נ' מ' ת' מ' נ' מ' ת'

D

המנתה

המנחה ואין מוקטר וטונש אלא תפילה מתנה שנאמר הכתוב
 תפילה קשרה לפניו משארת וו
Dicit Rabbi Schemuel, Filius Nachmanni, intelligitur munus precum, & non est suffitius, nisi oblatio precum, quia dicitur (Ps. CXLI, 2.) statuatur oratio mea ut suffitius coram te, & elatio. &c.

¶ XXXI. Doctores Ecclesiae Christianae licet plerique consentiant indicari hic cultum N. T. nihilominus in diversas abeunt sententias: Alter enim Pontificii, alter Nostrates explicant. Videbimus primò, quæ sit Pontificiorum expositio, quam dein examinabimus, postea nostram subjeciemus. Pontificii exponunt hunc locum de sua Missa, quam verum, visibile & externum sacrificium, quo Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolat seu offerit Deo corpus, & sanguinem Christi, describunt, uti Dassovius in sua Diff. de Missa ex Concilio Tridentino habet: his potissimum suffulti rationibus I. Malachias prædicit per Mincham Nomen Dei, magnum faciendum, jam per Missam illud gloriosum est inter gentes, utpote qua gentes vident, omnia bona ab uno aliquo Deo provenire (uni enim offerunt), cui omnia accepta referenda, sicque cultus aliorum præter unum Deum destruitur. 2. dicunt Malachiam agere de vero & externo sacrificio, quod novum, at spiritualia sacrificia jam tum obtinebant. 3. objiciunt hocce munus semper esse debet mundum, at ajunt, omnia præter corpus & sanguinem Christi munera sunt vitiosa; haec & alia, quæ hisce addere super vacaneum duxi, sunt, quibus opinionem suam tueri contendunt adversarii, sed videbimus num etiam tam ponderosa quam numerosa sint eorum verba. Antequam autem his objectionibus respondeamus, in genere quædam præmittenda erunt, quæ viam quasi, ad hanc materiam ritè enucleandam sternent: Non negamus, inter alia hic intelligi Eucharistiam, imò potius id ipsum assertimus, totum enim spirituale fidelium cultum indicari jam diximus, quare nunc sacra coena, nō minima hujus cultus pars excludenda? sanè Christianus qui fide accedit ad sacram cœnam, ea que convenienter institutioni Testatoris fruuntur, non eo animo, ut peccata sua expiat, sed ut fidem in Salvatorem suum testetur, mortis ejus recordetur illique gratias agat, gratum Deo præstat cultum, talis enim se ipsum abnegat, salutem non nisi in sanguine Christi querit

rit, propriam justitiam damnat, sive Dei nomen magnificatur.
 Quæ igitur ratio, quare sacra cœna non subintelligatur, omnino
 igitur laudandi Patres, qui hunc locum etiam de Eucharistia expo-
 nunt. Modo nunc Pontificiorum Missa cum tali Eucharistia con-
 veniret, lubentissime de illa in nostro loco sermonem esse conce-
 deremus, sed hoc id ipsum est, de quo maximam movemus contro-
 versiam. Nihil jam dicimus de externis ritibus, qui minimè cum
 prima cœna conveniunt, scopum Eucharistie à Salvatore institute
 tantum considerabimus; is est, ut fideles de illa communicantes
 testentur se firmiter credere, quod fide participes sint unici & veri
 illius sacrificii, quod Christus morte sua, Patri suo pro peccatis no-
 stris obtulit; quod si nunc hoc cum Missa, quam ipsi adversarii ve-
 rum sacrificium describunt, institutum non cum in finem, ut in il-
 lo haberemus recordationem corporis & sanguinis Christi, ejus-
 que salvifica mortis, quam nostri causa subivit, 1. Cor. XI, 26. sed
 ut in illo sacerdos verū ac reale corpus Christi, in quod hostia quam
 manu tenet, vi prævia benedictionis mutatur ita ut panis verus
 esse desinat, Deo ad satisfactionem peccatorum offerret, quod si
 dico, hæc cum supra prolatis conferimus, differentiam mox de-
 prehendemus Eucharistiam inter & Missam, quare ad hanc al-
 lusionem esse omnino negamus, imo potius illam, ut cultum Deo
 ingratum & idololatricum rejicimus. Omnis enim cultus Dei ab
 ipso institutus sit portet, at missa omni divina institutione careat,
 expendatur modo historia institutionis sacræ cœnæ, prout illam
 sancti Evangeliste & Paulus Matth. XXVI, 16. 28. Marc. XIV, 22.
 24. Luc. XXIII, 19. 20. 1. Cor. XI, 23. 30. describunt, & ne 21. quidem
 de corporali præfenti Christi, vel sacrificio expiatorio invenietur.
 Conferatur deinde Paulus Hcbr. IX. & X. ubi Apostolus in eo est, ut
 præstantiam & efficaciam satisfactionis Christi ostendat, & quot
 verba, tot etiam habet argumenta, expresse cap. IX, 28. dicit, Chri-
 stum semel esse oblatum, ut auferret multorum peccata, & ne
 quis oggerat, quare ergo sacrificia sub lege Moysi erant iteranda?
 in promptu habet responsum cap. X, I. sacrificia nunquam po-
 terant accedentes consummare, verum in Christo sumus sanctifi-
 cati per oblationem corporis semel. Hæc nunc cum sit efficacia
 oblationis Christi, quare in missa repetenda, nonne eo ipso sacri-
 ficium

cium Christi inefficax statuitur? si insuper ad absurditates at-
tendimus, quæ necessario ex missa fluunt, illam admodum absur-
dam esse claresceret, ea enim posita, sequitur creaturam esse crea-
rem creatoris sui, erigitur Idolum propriæ Justitiae, & via ad o-
mnem impietatem sternitur: possent hisce plura addi, sed nostrum
non est ex professo hac de materia differere, consulantur illi, qui
expresse de illa egere, ex quibus nomino Cl. Heideggerum Helve-
titæ nostræ incomparabile decus in Anat. & Tumul. Concil. Tri-
dent.

¶. XXXII. Restat tamen ut Pontificiorum argumentis sa-
tisfiat. Respondemus ergo ad 1. ex jam allatis colligi posse, quam
pulchre nomen Dei per Missam glorificetur, utpote quæ contra-
riatur institutioni divinae, imperfectum servatore statuit, potius
longè profanatur nomen Dei, illa enim obstaculo est, ne gentes
convertantur, haec enim, quando vident, sacrificium Deum suum,
Creatorem suum, creare, imo quod adhuc magis impium devo-
vare, nauream capiunt ex Religione Christiana, & Deum conte-
mnuunt; quod iis optimè notum, qui commercium aliquod cum
hominibus, qui verum Deum non cognoscunt, habent. Præterea
posito, minime tamen concesso, magnificari nomen Dei per Mis-
sam, an ergo illa statim exclusis reliquis cultus actibus intelligentia-
da, nonne hoc longo ampliori jure diei potest, de spirituali illa ob-
latione, qua fideles se ipsos totos oblationem gratam Deo sicut
annon etiam tum gentes vident, hos omnes unialicui Deo confide-
re, illique soli gratias agere. Ad 11. objectionem respondemus,
negando hoc in loco agi de sacrificio aliquo extero, quale Deus
rejectit; & sane, quod simpliciter manus vocetur, ex eo nihil
quidquam adversari pro sua sententia elicient, sequeretur alias fi-
deles propriæ sic dictos esse Reges & Sacerdotes, vocantur enim
simpliciter Apoc. I, 6. Reges & Sacerdotes. Imo sequeretur gen-
tes ipsas esse propriæ acceptum munus, audiunt enim illæ simplici-
ter manus Esa. LXVI, 20. ita sonant verba. Et adducent
omnes fratres vestros ex omnibus gentibus muneri febore, equis &
curribus, & pilentis & malis, ac veredariis ad montem sanctitatis
meæ Jeruschalaima, ait Jehovah: quis haec verba propriæ accipiet,
hoc omnino esset absurdum, & neque ab ipsis Pontificiis probatum
jam

jam verò similiū similiis habenda ratio. Agitus ergò de spiri-
tuali cultu, qualis licet quoque obtinuerit sub V. T. fideles enim
Judaeorum omnino oblationes precum, laudum, fidei, Deo obtule-
runt, nihilominus tanquam novum aliquid hic prædictetur. Quia
majori, & quasi nova fiducia Deus invocandus, & maximè quia no-
vi sunt cultores, haec tenus nomen Dei non nisi Israeli notum erat,
sed nunc in omni loco argenteis quasi tubis promulgandum. Quod
attinet ^{111.} argumentum, dicimus, quod omnino concedamus,
nullum munus mundum esse præter Christi, si sensu strictissimo
vocabulum **מִלְחָמָה** accipere velis, sed hanc fuisse mentem Mala-
chiæ adhuc probandum: certè oblationes nostræ mundæ omnino
vocari possunt, quando impuritas, qua illis natura adhæret, san-
guine Christi per Spiritum sanctum tollitur, sic etiam *corda* per
Spiritum sanctum sanctificari dicuntur Act. XV, 5. & Mat. V, 8.
fideles ut *puri corde* proponuntur.

S. XXXIII. Nostram nunc sequitur ut aperiamus senten-
tiam, qua, ut jam crebro monuimus, vult indicari cultum spiri-
tualem N. T. non tamen putamus idem sub **סְפִירָה suffimento** &
מִנְחָה טוֹרָה *munere puro* intelligi, quare etiam distinctè de his
agere proposuimus, & quod Spiritus sanctus primo loco posuit,
deco etiam primo aliquid dicendum occurrit autem primo **סְפִירָה**
suffimentum, per quod nihil aliud indigitatur quam propria gentium
precies, quas fundent temporibus novi cultus; certè suffimentum
precium esse symbolum sacra scriptura utriusque testamenti abundè
satis testatur. Hinc David Ps. CXL, 2. *statuatur oratio mea, ut*
suffitus coram te; clatio manuum mearum, ut munus vespertinum
& Apoc. V, 8. describuntur viginti quatuor seniores, qui procede-
runt coram conspectu Agni, & dicitur de illis *habuisse Phialas au-*
reas plenas suffitum, & additur, *qua sunt precies Sanctorum*
VIII, 3, 4. *Tum alius Angelus venit, & stetit apud aram, habens*
Thuribulum aureum: & dati sunt ei suffitus multi, ut offerret
cum precibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est
ante thronum, ascendit autem fuma suffitum cum precibus san-
ctorum, è manu Angeli ad conspectum Dei. Et certè pulcherrima
analogia suffitum inter & precies reperitur, paucis illam hic adpo-
nere

merē placet 1.) suffitū necessārio per sacerdotem fieri debebat, et si ab alio id est tali qui non **נָבָן** adolebatur, illegitimus habebatur; preces minimē accepte sunt Deo, nisi à Spirituali sacerdote id est homine integro, puro, mundo fusx: 2.) suffitū constabat ex aromatibus odore suavibus, præstantissimis; sic pariter sanctorum preces, non solum gratae sunt coram Deo, sed etiam ipsius precantis cor mirè afficiunt, in Deo quietem reddunt. 3.) miscebatur tamē huic suffitui aroma cuius odor ingratius, ad indicandum fidelium preces varias afflictiones habere socias. 4.) Aromata ex quibus suffitū constabat minutum erant contundenda, igni dein imponenda; Preces oportet profluant ex corde contrito, humili, quod flagrati p̄r amore Dei, nam **סacrificia Dei sunt spiritus fractus, animum fractum & contritum Deus non spēnir**, dicit Psaltes Ps. L, 19. & Deus habitat cum eo, qui aeritus est, demissusque spiritu. Es. LVII, 15. illumque intuetur, qui pauper & contritus spiritu, & eripidat ad verbum suum LXVI, 2. 5.) suffitū incendens erat in altari aureo; illegitima sunt preces nostræ, nisi in Christo, vero illo altari, cuius istud præclarus typus existebat, offerantur. 6.) suffitū quotidie adolebatur; sic semper & absq; cessatione precari jubet Paulus 1. Thess. V, 7.) non solum quotidie suffitū offerbatur, sed speciatim mane & vesperi, & ita dies cum illo incipiebat, finiebatnrq; quod notat fideles Deum adoraturos esse per totam vitam, qua se p̄fissime diei assimilatur, ab incunabulis ad gravem usque senectutem, nec unquam fore tempus, in quo non sint, qui preces fundunt ad Deum,

¶ XXXIV. Sequitur sensus mysticus **מִנְחָה** **muneris puri**, per quod in genere omne id intelligimus, quod sub N.T. Deo conlectatur, speciatim tamen & primo coeleste illud donum Iesum Christum, qui verum manus dici potest; est enim fructus terræ, [quare Es. IV, 2. **עֲרוֹם הַרְאֵת** fructus terra expresse audit] qualis fructus est præstantissimus simul ac efficacissimus, commendens de eo, in æternum vivit, quomodo ipse Christus Joh VI, 48, 50 loquitur, *Ego sum panis illæ vita, Patres vestri ederunt manna in deserto, & moreni sunt, hic est panis illæ, qui de celo descendit, nequaquam ex illo, non morietur.* Plenus erat donorum Spiritus sancti, qua

qui oleum bilaritatis vocatur Ps. XLV, 8. non decret illi sal, ut
pote qui sale bene salitus, imo qui incorruptibilis, immutabilis,
quod sale praedumbrabatur, etiam non nisi igne variarum afflictio-
num, & cruciatuum incendebatur, & sic omnia quæ in munere o-
lim observabantur, in sensu mystico de Christo quadrant: est igi-
tur ille munus, & quidem cum Emphasi munus purum, in quo
nullamacula, nulla labes, sed quod sanctissimum, nam est Ponti-
fex sanctus ab omni malo alienus, sine labe, separatus a peccatori-
bus, sublimior factus cœlis. Hebr. VII, 26. est agnus inculpatus &
incontaminatus. Pet. I, 19. qui ad conscientiam aliorum provoca-
cans dicere potest, quis ex vobis arguit me de peccato Joh. VIII, 46.
Hoc munus offerunt homines Deo, quando illi Christum fide
aceperunt in cordibus gerunt Deum nunquam adeunt, nisi in &
cum illo, quale munus non potest non Deo esse per quam gratum.
Dein intelligimus per munus ipsas etiam gentes, quæ pro in sub no-
mine muneris, in V. & N. T. veniunt, ut Es. LXVI, 20. loco su-
perius citato. Rom. XV, 16. sum minister Christi [inquit Aposto-
lus] apud gentes, operans Evangelio Dei, ut oblatio genium
fiat accepta, sanctificata per Spiritum sanctum. Nam & hæ sunt
fructus terræ, quæ omnium hominum mater: hæ etiam sunt
pulcherrimæ in oculis Dei, etiam super illis effusum est oleum
lætitiae Spiritus sanctus, etiam illæ sale Dei conditæ ab æterna
corruptione tute sunt; hoc munus dicitur oblatum Deo, quando
gentes per Spiritum sanctum sanctificatae, se ipsas fistunt in ci-
bum gratum Deo, & operantur cibum Domini, idque maximo
cum gaudio, quando se ipsas totas Deo tradunt, non sua, sed ea
quæ Dei sunt, querunt, non se sed Deum amant, & sic quasi fer-
vore amoris Dei comburuntur, tale nunc munus dicitur purum
quia hæ gentes habent cor fide purificatum, & conscientiam san-
guine Christi emundatam.

¶ XXXV. Hæc est convenientia inter suffitum & munus
purum V. T. & inter spirituale suffimentum precum & munus
N. T. sed licet talis sit convenientia, maxima tamen quoque cerni-
tur disconvenientia, & cultus N. T. longe præstantior est illo sub
V. T. non quidem illorum respectu, quæ in sensu extenos incur-
sionibus.

runt, hi enim ferè omnes, cultu ceremoniali mire afficiebantur oculos quidem vasis illis splendidissimis, aureis, argenteis exsatura-
re poterant Israelitæ, natus gratus sufficienti odor recrebat &c.
sed ea ratione quatenus cultus N. T. non ulterius duris ceremonia-
rum legibus adstrictus heret, verum in illo omnia mere spiritualia
sunt, hinc est quod altare illud in templo ab Ezechiele visto, Ezech.
XLI, 22. cultus N. T. typus, proponatur quidem ut tres cubitos longū,
& duos latum, verum etiam ut ligneum, quo edocerentur fideles,
latiorem multo esse N. T. cultum, illum tamen non consistere in
pompa aliqua externa, sed filiam Regis interne esse ornatam;
cernitur autem differentia in his maxime, in loco, in persona, in
tempore. Jam non ulterius cultus templo Hierosolymitano ad-
strictus est, ut olim, sed nunc est tempus, in quo omni in loco
fideles sanctas elevant manus, & veri adoratores adorant Patrem
in Spiritu & veritate, Joh. IV, 23. sic quoque sacerdotium non ad
certam aliquam tribum alligatur, sed quisquis fidelis, corde pu-
rificatus sacerdos audit, qui spirituali hunc cultum Deo persol-
vit, & hoc quidem omni tempore, non mane, non vesperi, sed
quandounque à Spiritu sancto agitur.

¶ XXXVI. Postquam hunc ea, quæ ad verum & genuinum lo-
ci hujus sensum tum litteralem tum mysticum, pertinere putaba-
mus, pro virili executi sumus, ut jam de tertia hujus dissertationis
parte quædam loquiamur, ordo requirit, quæ implementum hujus
Prophetiarum nos edocebit. Deus enim, qui Deus veritatis, omne
id quod promittit, etiam præstat, imò tam certò præstat, quam
certò Deus est. Clarum hujus asserti testimonium habemus, in præ-
senti themate, omnia quæ Deus prædictis, evenere, & ita evenere
quomodo prædictis. Tunc nimis, quando illæ, quæ olim ab aliena-
tæ erant gentes, ad gratiam Dei convocabantur per Evangelium
Iesu Christi, quæ vocatio gentium tanquam sub N. T. futura sæ-
pius prædicebatur per Prophetas. Ex innumeris duo tantum cita-
bo loca, quorum unus extat Esa XLIX, 6. Et dicit Jehova leviior
videris quam ut sis mihi servus, ad erigendum tribus Jacob, & ch-
ristodos Iraelitas reducendum, ego constituo te in lucem gentium
ut sis salu mea ad extremitatem terra, alter vero Zach. II, 14. I se-
cure & latare filia Zion; quia ecce venturus sum, & habita eris
in

¶ 30 ¶

in medio tui dictum Jehova & adjungentes se gentes mulea Jehova
die illo, erunt mihi populus, & habitante in medio tui, me agnoscet.
Jehovam Exercitum mittere me ad te. Ubi in utroque loco clare
haec vocatio cum adventu Christi conjungitur, nec hic de alia a-
liqua, quæ ante adventum salvatoris siebat, agi vocatione, vel in-
de patet, quia haec gentes Deum colere debent cultu puro, iam
quo tempore desertæ gentes iverunt in viis suis, non obtulerunt il-
lum cultum, sed incesserunt secundum obfirmitatem cordis sui ma-
li: uti Jer. cap. III, 17, loquitur, ita autem ambulaste ad tempora
usque Christi, sacra pagina & Historia Ecclesiastica abunde satis-
testantur. Verum Christo in terram misso, & per passiones con-
summato, pariet ergo intergerino, qui Judæos inter & gentes ob-
servabatur, è medio sublatu etiam gentibus gratia contigit, & pe-
nes illas nomen Dei magnum factum, & ille nomini Dei obrute-
runt omni in loco suffimentum & munus purum. Ex dicendis res
clarior fieri.

¶ XXXVII. Promisit Deus nomen suum magnum futurum
in gentibus, quod etiam factum, habita ratione ad Deum ipsum,
vel ad Gentes, sive Deus nomen suum magnum fecit inter Gentes,
quando illas, quæ hactenus veri Dei ignaræ, salutifera sui cogni-
tione coelitus perfusit, rejectis Judæis, qui unigenitum Dei filium,
quem in terram misit, ut satisfacret pro fidelibus, & satisfactio-
ne illâ miseros educeret ex captivitate æternâ, audire recusaverant,
illas ad communionem in Christo vocavit, & ita se patefecit ut sa-
pientissimum, justum, misericordem, veracem. Initum hujus vo-
cationis cernimus in Samaritanis, quos Philippus vocavit, Acto.
VIII, 12. Dein in conversione Cornelii, siveque familiæ, Acto. X.
plenariam gentium vocationem describit Lucas, Acto. XIII, 46,
quando Paulum & Barnabam italoquentes introducit. Vobis ne-
cessè fuit prius exponi sermonem Dei, posteaquam antem illum re-
pellitis, & indignos vos ipsos decernitis vita aeterna, ecce convertimur
nos ad Gentes, ita enim nobis praecepit Dominus, constitui re-
ut sis lux Gentium, ut sis salus usque ad ultimas terras. Quare et
iam Apostoli plerique se ad gentes convertebant, Judæam relin-
quentes, hinc est quod Paulus se Gentium Apostolum vocet, Rom.
XI, 13. Gal. II, 8. & ipse Deus illum nominet electum instrumentum.

ur portet nomen suum in conspectum Gentium. Act. IX, 15. cuius ut
 & aliorum praeconio ita Deus benedixit, ut brevi tempore modo
 in maximis terrae partibus nomen Dei notum fuerit, verum
 non solum Deus talem se conspicuum fecit, sed talis quoque a
 Gentibus agnitus cultusque fuit, hinc dicitur de Cornelio & Domo-
 fia, *magnificasse Deum,* Act. X, 46, nam statim, ex quo nomen Je-
 su Christi gentilibus innotescerat, seponerant Idola, falsa sua nu-
 mina, & uti Act. XI, 19. dicitur, *multi, qui curiosa exercuerunt,*
 puro amore Dei ducti, *comportabant libros, & comburebant illos*
in omnium conspectu. Ita fortiter crescerebat nomen Dei, & inva-
 lescebat, & quia Deum talis agnoverunt, propterea illum quoq;
 coluerunt, hinc ei, ut Deo suo suffimentum suffiebant & munus pu-
 rum offerebant; quod prius facere non poterant, corda enim eo-
 rum utpote benigno coelesti rore non imbuta, ad omne munus
 purum, quod Deo offerri possit, plane incepta erant, sed nunc, *cum*
hyems transverit, pluvia prateriverit, abiverit, & florentia con-
spectasint in terrâ, tempus minuvitionis advenierit, vox turturis
auditasit, fucus ipsa grossulos suos protulerit, viris prima uiae-
deris odorem, Cant. II, 11, 12. Nunc corda protulerunt fructum
 Deo gratum, quem etiam ipse obtulerunt, quando non amplius
 Diuisi, sed Deo confidebant, eum in Christo adorabant, gra-
 tias pro acceptis beneficiis Deo agentes, & continuationem gra-
 tiae implorantes, ita ut etiam Paulus jam suo tempore dicere po-
 tuerit, *esse multos, qui in vocant nomen Domini nostri Jesu Christi,*
 I. Cor. I, 2. etiam obtulerunt hostias spirituales, quae Deo accepta
sunt in Jesu Christo, I. Pet. II, 5, quando corpora sua suffiebant vivam
hostiam, sanctam, Deoplaensem, Rom. XII, 1, quando ita se Deo
 tradebant, ut nequidem propriam vitam astimaverint, verum
 libenter pro gloria Dei durissima queque, ipsam etiam mortem
 perpepsi sunt, de quo tempora illa, quando Ecclesia Christiana,
 sub jugo Imperatorum graviter affligebatur, testantur, & hoc fa-
 ctum non in uno altero loco, sed in plurimis locis. *Ab or-
 tu solis usque ad ejus occasum,* modo enim attendamus ad itinera
 praeconum Evangelij quorum ministerio Deus in vocatione gen-
 tium usus est & quæ nobis confignata reliquit Lucas in actis Apo-
 stolicis, deprehendemus salutem ex Judæa proficiscientem, veris
 occi-

353

occidentem inclinasse: Unici hic considero Pauli iter; Ille ex Antiquitate, mandante ita Spiritu sancto, versus Cyprum, Pamphiliam, Iconiam, Macedoniam (que regiones omnes habitato respectu ad terram Canaan occidentales erant) proficisciatur Act. XIII. XIV. XV. XVI. Imo quando rursum ex Hierosolyma versus Romanum tendebat, ex qua regione ad alias oras sonus Evangelii pervenit, imo in toto terrarum orbe nomen Dei magnum factum. Primum initium observamus in Auditoribus Petri, Acto. III. qui ex prescripto legum inter varias regiones licet dispersi fuerint, in urbem Hierosolymitanam ad Festum Pentecostes confluxere, & postquam Petrum ceterosque Apostolos, variis linguis loquentes audire, obstupescerant, dicentes. Nonne omnes isti, qui loquuntur Galilaei sunt, quomodo ergo nos audimus eos sicut quisque lingua, in qua natus sumus, Parthi & Medi, & Elamita, & qui incolimus Mesopotamiam Iudeamque, Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam, & Pamphilum, Aegyptum & partes Lybiae, quae est secundum Cyrenen, & Advenae Romani, tum Iudei iam Profelyti, Cretes & Arabes, audimus illos loquentes nostris linguis, magnifica Dei facta? Act. II. 7-11. Ita iis haec, quomodo etiam revera fuerunt, mira videbantur, ut quod dicere vellet, nec civerint, sed ex quo Petrum misero modo verba facientem audiunt corda compunguntur, & illi fidem Christianam amplectuntur, hi nunc homines, Judaei licet fuerint, in iis tamen hoc vaticinium impletum est, cum fideles ex Iudeis non excludantur, maxime si observamus illos, postquam in Patriam reversi sunt, concives in religione Christiana procul dubio informasse, ut adeo vel inde dicere possimus, Nomen Dei in toto terrarum orbe magnificatum esse, atque sic in omnem terram exitus sonus Evangelii, & ad ultima orbis terrarum verba Evangelizantium, Rom. X. 18. & Paulus ab Hierosolyma & circumiacentibus regionibus usque ad Illyricum omnia replevit Evangelio Christi: Rom. XV. 19. tanto cum successu ut etiam Justin. Martyr de suo aeo dicat, observante Cl. van Til in comment. ad h. l. Nullum est omnino genus hominum, sive Barbarorum sive Gracorum, sive eorum, qui quovis nomine appellantur, aut eorum, qui plauso pro domibus utinuntur, aut eorum, qui domorum usum non norunt, apud quos non Iesus Christus, qui crucifixus est, nomine preces fiant.

Sub-

Subsequente etate idem semper obserbatur, in hoc tempore
in remotissimis terræ oris idem Deo benedicente fieri audimus, &
nunquam definet, usque dum omnis plenitudo gentium iatruive-
rit, & totus Israel salvus fuerit.

S. XXXVIII. Ea, qua producta sunt, clare ostendunt prædicta esse in
hoc vaticinio vocationem gentium: Unicum nunc restat ut etiam o-
stendamus, quæ ergo nostra, qui illæ gentes olim in tenebris ambu-
lantes sumus, sint officia, quo dignitati vocatione coram Deo ince-
damus, ne cum in gratissimis Judæis, idem rejectionis Judicium sub-
ire cogamur. Nostrum ergo est attente hanc gratiam, memores infe-
licissimi prioris status, perpendere, ex intimis visceribus Deo pro-
immeritâ hâc misericordiâ gratias agere, sincerum spiritualem illi-
persolvere cultum. Certè talis est gratia, quæ meretur, quo ritè
perpenfittetur, cogita modo, quis fueras & quis nuac sis, mi homo?
eras filius iræ, servus diaboli, crudelissimi te manebant, cruciatus si-
ne hâc gratiâ, per illam autem in libertatem es redactus, illa te ex si-
lio iræ, filium Dei constituit, loco cruciatum, ampla bonorum æter-
norum te expectat copia, quid ergo æquius, imo quid magis ne-
cessarium, quam ut supplices benignissimo Patri gratias agamus, non
ore tantum, sed ipsis etiam factis, annitemur ergo nos met ipsos si-
stere victimam gratam Deo, hunc enim cultum Deus à nobis postu-
lat, verum cùm nos ipfi sumus sacrificium quod Deo offerre tene-
mur, oportet caveamus nobis, ne sumus immundi, & eo ipso ad sacri-
ficium inidonei, fugiamus igitur peccata, & unicè Sanctitati, in co-
gitationibus, verbis & factis, studeamus. At o Deus! novimus nos
viribus nostris ad hunc scopum pervenire non posse, te itaque adi-
mus, te imploramus, supplex a dectum nostrum, crea in nobis
cor novum & purum, fac ut nunquam penes
nos sit gloria tua.

FINIS.

COROLLARIA.

- I. **M**alachias non fuit Angelus, neq; Mardochai neq; Esra, sed
alius aliquis Propheta post captivitatem Babylonicam.
- II. Ex hoc Propheta quedam coronatis loco apponam; primo quidem
electionem pendere à solo beneplacito Dei cap. I, 2, 3.
- III. Dein illum, qui cultu hypocristico Denim prosequitur, ipsum De-
um profanare v. p.

IV.

X. Preterea unicum remedium pñnam effugienti esse præcos
conversione conjuncta v. 9.

V. Insuper Deum necessario debere punire peccata.

VI. Ultimo hanc pñnam maxime constitue in separacione hominis
a Deo. ex eodem verbo.

Judæos quondam Rector dilexit Olympi:

At postquam Dominum gens hæc Patremque benignum

Contempsit, Legislatoris iusta relinqvens,

Omnipotens illam fervente furore rejicit,

Barbaricas ad se revocans mox undique gentes,

Ut sacra libando sibi debita gloria soli

Solis ab occasu, solis queratur ad ortum.

Vates hoc sanctus Malachias nuntiat antè

Verbis, quæ pandit Tua Dissertatio docta,

Egregium specimen, quod scripta Prophetica destitit.

Te studuisse probat; Te sanctas noscere linguas;

Te Ritus sacros scrutatum nocte dieque.

Eximios igitur merito Tibi gratulor ausus:

Rebus in his cunctis Dominus Tua cœpta secundet,

Ut mox hinc capias fructus, WETTERE, laborum,

SICqVe Deo trino sit gloria semper in aeternum.

Hac in honorem eruditissimi Dn. AUCTORIS, Amicis suis

suavissimi, invicti quidem Minervæ, sincerò

tamen animo deproperabat

OTTO GUILIELMUS THOREJUS, Stip. Maj.

Opponens,

אַתְּ(וְ) בָּנֶךְ
In studio studii certas doctissime *WEBSTER,*
Otia supplantas, desidiamque fugas:
Es memor illius: Labor improbus omnia
yincit;
Dum certans vincis, nomē & omen habes.
Gratulor ergo Tibi, Te nexa corona manebit;
Det Deus, ut porrō vincere cuncta queas.

*Hec in honorem peregrinij atque Doctiss. Dn. AUCTORIS,
Amici longe suavissimi, adjicere voluit, debuit*

JOH. HULD. ZIEGLERUS,
Tig. Helvet.

שיר פוייסר במתנוועה יי'חד'ב' תנוועווערט' וווער' וו'ג' תנוועווערט'
לכבר ווילטפער' לבחרו חשבוק יעקב וויטר אשר
חטיב לבאר דכרי הנביא מלאכי א' יא'

ט' טמעו עמייס ולאמים הקשיבו אט-יכל-דרבי חוקף או רה
על דרבן מנהה טהורה סן-חול גוים-הבאיס לשטעו תוו רה
ק-ויל' ברמה ישמעו אנשי חכמה בינו אמוני אל יורה ז' רה
ב א' בשלום נא דרביה מלאכי זוא. עוזא בסופר מנתה טהו רה
ו משלא משל וחוור דהה מורה שמש עד המכוא גנדול הטעו רה
ז' קרב לב' כליארט אל שיח מלוליך הטעויסט מפוזחק רה
ע' מקור מי התבונה מושך לב' אדם באגדה בטוכ נא דה
ט' ו בכ רעלין זהציאט נחיר מעס מה-שלאל היזדכ' רה
ו ורעד' בנית ראו. חביבא לנו הרכיס. ספין מנתה ב' רה
ה אש דכרייזן אמרת עד סוגט לא נמצא בין שטץ כה רה
הלא כה דבריפה מרופרג הוועס יומש ערבע ראנשurdאַב
תליך' המנהה טהורה לאַפ'ק
נאם המהנור בין התלמידים אלכינגר בן לאא' מא' מוחר'ן
שפטואאל' ז' צל סנטו עאה מפ'ז' *M. q. M. q. M. q. M. q.*



76 4688

X 2284585

W

